



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum totus Christus fuerit in sepulchro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

quod est singulare in Christo, vel accidentaliter ut qualitas & quantitas adueniunt substantiae. Si igitur anima est aliquid secundum se cōpletum in specie quod importetur nomine hominis sequeretur quod ex anima & corpore non fieret unum per se nec moreretur corpus rece-
dente anima, quae omnia sunt absurdia.

^{14. d. 12. q. 1} Magister autem posuit eandem conclusionem, sed aliatione, credit enim quod ad veritatem humanae naturae vel hominis sufficiunt corpus & anima unita in eodem supposito. Et quia hoc non inuenitur in puris hominibus post mortem, fut autem in Christo in quo anima & corpus fuerint unita deo, ideo dicit solum Christum post mortem remansisse verum hominem, nihilominus dicit quod non secundum eandem rationem dicebat homo post mortem fuisse ante mortem, & sicut alii homines vivi. Radix etiam huius opinionis falsa est, quia forma & materia non sufficiunt ad constitutendum materiam completam que importatur nomine hominis nisi vniuersitatem ad inuenient in ratione perficients formaliter & perfectibilis, talis autem unio non fuit in Christo post mortem ex sola vnione ad suppositum idem, propter quod non potuit dici homo. Item nec partes naturae humanae fuerunt tunc diuinum suppositum vniuersitatis, quia partes naturae manent quantum ad id quod sunt per essentiam suam in natura composita, sed illud corpus mortuum non remansit idem per essentiam reparata natura in resurrectione si in homine non est nisi una forma substantialis, ergo non fuit proprietas naturae humanae in supposito diuino. Et sic Christus non potuit dici homo propter vniuersitatem partium naturae humanae in supposito diuino.

^{14. d. 12. q. 1} A D Primum argumen. dicendum quod de quo cunctis praedicatur differentia specifica, de eodem praedicatur & species si praedicatione differentia supposito conueniat ratione aliquius naturae cui sit intrinseca. Alius non semper enim differentia specifica intrinseca est speciei. Ad minorem enim dicitur quod ratione praedicatorum de Christo in illo triduo. Dicendum quod non est verum, quia cum Christus nominet suppositum in duplice natura, felicitate diuina & humana quarum altera in morte desit. Christus in illo triduo non fuit, & si non fuit potuit dici rationalis, & Filius dei, & si potuit aliquo modo dici rationalis propter animam rationalem sibi vniuersitatem, hoc tam non fuit ratione aliquius naturae cui illa differentia esset intrinseca propter quod sequitur quod potuerit dici homo.

^{14. d. 12. q. 1} 8 Ad secundum dicendum quod maior propositione habet instantiam in propositionibus vniuersalibus, & terminis accidentalibus, in propositionibus vniuersalibus. Quia si oes homines significantur curcurentis in preterito, haec est vera omnis homo currit. Et tamen nunquam verum fuisse dicere praesentialiter omnis homo currit, similiter si dicuntur effici hodie primum factum album, verum effici dicere hoc album fuisse heri. Et tamen non fuisse heri verum dicere hoc albus est. Et similiter in propositione quia vniuersitatem humanitatis ad personam diuinam est quasi per modum terminorum accidentalium eo quod non fuit semper, & ideo est verum nunc dicere demonstrato Christo, hic homo fuit in illo triduo propter entitatem suppositi quod importatur nomine hominis, & non propter entitatem naturae. Sed in triduo non fuit verum dicere hic homo est propter fallam implicationem positionem in subiecto.

^{14. d. 12. q. 1} 9 Circa quod notandum est quod licet demonstrato Christo verificemus istam hanc hominem ab eterno, vel fuit in illo triduo. Non tamen verificamus hanc hinc fuit homo ab eterno vel in illo triduo. Cuius ratio est, quia ad veritatem locutionis oportet quod omne id quod importatur per praedicationem conueniat subiecto, secundum omne illud quod importantur nomine subiecti, sed sufficit quod conueniat ei secundum aliquid eorum quae per subiectum importantur, sicut dicimus quod album dispuat. Et tamen disputatione non conuenit albo ratione qua albū, sed ratione qua homo vel qua scīens, sed si dicatur homo est albus mūtūs dispuans, oportet quod omnia que importantur per praedicationem conueniant subiecto propter quod cum dicatur demonstrato Christo, hic fuit homo ab eterno, vel est homo vbiq. est falsa propositione, quia totum quod importatur nomine hominis à parte praedicationis positi, scilicet supra-

Sancto Porciano

positum cum tali natura non conuenit subiecto. Non enim suppositum diuinum semper & vbiq. habuit talem naturam, sed cum dicitur à parte subiecto hic homo fuit ab eterno, vel est vbiq. vera est propositione. Quia semper esse & vbiq. conuenit subiecto ratione suppositi diuinum, quod sufficit ad verificationem propositionis, quāvis non conueniat subiecto ratione naturae humanae, quia nec hoc operatur, veruntamē quāvis non oportet quod praedicatum non conueniat subiecto ratione cuiuslibet importari per subiectum. Tamen oportet quodlibet implicatum circa subiectum conuenit subiecto pro tempore quo fit implicatio, verbi gratia, Si dicatur homo albus currit. Si nullus homo sit aliis dato quod homo curat falla est propositio propter falsam implicationem circa subiectum, propter quod fuit dictum quod hec fuisse falla in triduo hic homo vel Christus est, propter naturam humanam quae importatur nomine hominis & nomine Christi, quae tunc non conuenient subposito diuino. Et ideo fuisse falla in implicatio, circa subiectum quae falsificat propositionem, ut dictum est.

Q V A E S T I O S E C U N D A.

Vtrum totus Christus fuerit in sepulchro.

Thom. 2. q. 52. ar. 3.

^{14. d. 12. q. 1} A D secundum sic proceditur. Et videtur quod totus Christus fuerit in sepulchro, & totus in inferno. Quia cui conuenit esse totum vbiq. illi conuenit esse totum in sepulchro, & totum in inferno, sed Christo conuenit totum esse vbiq., ergo ei conuenit esse totum in sepulchro, & totum in inferno. Maior de se patet, minor declaratur per Aug. in sermone de Symb. vbi dicit sic, Non per dies tempora & loca dicimus vbiq. Christum esse totum, ut modo sit ibi totus. Et alio tempore alibi totus, sed semper & vbiq. sit totus.

^{14. d. 12. q. 1} 2 Item Deus est vbiq., sed totus Christus est Deus, ut patet per Damas. lib. 3. cap. 7. ergo totus Christus est vbiq. & sic idem quod prius.

^{14. d. 12. q. 1} 3 IN CONTRARIVM est, quia illud est totum in aliquo loco, cuius nihil est extra illum locum, sed aliquid Christi fuit extra sepulchrum, scilicet anima, & aliquid extra infernum, scilicet corpus, ergo Christus non fuit in aliquo distoriori locorum.

^{14. d. 12. q. 1} 4 R E S P O N S I O. Hic est duplex modus dicendi, Vnus est quod Christus in triduo mortis fuit totus in sepulchro, & totus in inferno. Sed non totum quod erat Christus. Cuius ratio assignatur, quia masculinum genus referunt ad hypostasin, vel personam. Neutrum autem genus pertinet ad naturam, in morte autem Christi licet anima fuerit separata à corpore, neutrum tamen fuit separatum à persona filii dei, ut tunc fuit prius. Et ideo pro illo triduo mortis debet dici quod totus Christus fuit in sepulchro, quia tota persona fuit ibi per corpus sibi vniuersi. Et similiter totus fuit in inferno, quia tota persona fuit ibi ratione animae sibi vniuersa, totus etiam tunc erat vbiq. ratione dicens naturam. Sed quia tota pertinet ad naturam, tota autem natura pertinet ad Christum non fuit in sepulchro, sed pars tantum s. corporis, nec tota in inferno, sed anima solum, ideo non potest dici quod totum quod erat Christus fuit in sepulchro & in inferno.

^{14. d. 12. q. 1} 5 Alter potest dici & melius, quod secundum veritatem quam omnes fideles fatentur Christus secundum diuinitatem est vbiq., secundum verò humanitatem quando vndebat fuit in determinato loco. In triduo autem mortis fuit secundum corpus in sepulchro & secundum animam in inferno. Hac autem veritate supposita inquirendum est qualiter sit secundum eam loquendum, nec est omnino attendendum ad verba Sanctorū vel doctorum. Quia ipsi in dictis suis non semper obseruauerunt proprium modum loquendi in hac materia, & in multis aliis. Dicendum ergo quod non fuit verum dicere in illo triduo totus Christus est in sepulchro, vel in inferno, nec nunc verum est dicere totum Christum ibi fuisse. Ratio primi est, quia de illo quod non est potest verè dici esse ibi, vel alibi, sed Christus in triduo mortis non fuit, ergo non fuit verum dicere quod est in sepulchro, vel in inferno. Et si non fuit ibi non fuit ibi totus. Maior patet, quia non enti non conuenit esse alicubi. Minor declaratur, quia Christus ut di-

ctum

ctum fuit nominat suppositum subsistens in duplicitate diuina & humana, nullum autem tale fuit in triduo mortis, propter quod Christus non fuit. Et est simile, si aliquod nomen esset impositum ad significandum hominem album, homine definitente esse albo, sicut haec esset falsa homo albus est, sic & illa, à simili sicut in triduo haec fuisse falsa deus & homo est, sic cum nomine Christi importetur virtus haec fuisse falsa, Christus est, propter falsam implicationem circa subiectum, & sic patet primum. Secundum dicitur enim pater feliciter, quod nec nunc verum est dicere quod totus fuit ibi non propter falsam implicationem circa subiectum quia nulla talis est pro moderno tempore sicut fuit pro triduo, sed propter aliud, quia cum totus sit adiectum ponit suum significatum circa suum substantium cui ad ditur. Cum igitur Christus dicatur suppositum subsistens in duabus naturis non videtur quod totus Christus sit alius, cum nisi vbi est virtus natura completa quod non fuit nec in inferno, nec in sepulchro.

⁶ NEC argumentum in oppositum cogit, quia de vi vocis non plus stat masculinum pro supposito & neutrum, vel dato & ex vobis loquendi statim pro supposito nihilominus tamen circa suppositum ponit suum significatum. Quod si nomen suppositi sit nomen habentis partes sicut et hoc nomen Christus quod importat suppositum in duplicitate, tunc hoc quod est totus coenit supposito non quatenus suppositum solum est, sed quatenus est habens partes, totum enim dicitur respectu partium in illo quod natura est habere partes. Cum igitur diuina natura & humana sint quasi partes personae composite post incarnationem qui significantur nomine Christi, ideo cum dicitur totus Christus esse ibi, vel alibi non potest verificari nisi ibi sit persona, vel suppositum cui virtus natura perfecta. Sed si non addetur totus & nunc diceretur Christus fuit in sepulchro, vel in inferno vera esset non propriè, sed figuratiue per synecdochem accipiendo parte pro toto. Cum enim Christus sit suppositum subsistens in natura diuina & humana, cuius partes sunt corpus & anima nomen Christi dicit personam compositam ex omnibus praedictis secundum Dam. Et ideo quicquid conuenit aliqui ex praedictis, quod non praedicatur de Christo (vt corpus vel anima) si proper hoc attributatur Christo, hoc erit per synecdochem, unde cum dicitur fusse Christus in inferno, vel in sepulchro cum hoc fuerit ratione solius anime, vel solius corporis verificatur non propriè sed figuratiue modo praedito. Secundum hanc opinionem potest responderi ad rationes probantes contrarium.

⁷ Ad primū per interemptionem minoris, & cum probatur per Aug. in Ser. de symb. dicendum quod Aug. frequenter mutata nomina videntur uno pro altero, & sic tunc vobis est nomine Christi pro nomine filii Dei. Quod patet per hoc quod dicit in libro de Symbolo totus filius apud patrem totus in celo, totus in terra, totus in utero virginis, totus in cruce, totus in inferno, & totus in paradiſo quo latronem introduxit. Hac enim omnia vera sunt de filio Dei acceptum totum pro perfecto, sed non sunt de Christo vera de vi vocis, quanvis vera sunt secundum intentionem Aug. qui non semper obseruauit proprietatem locutionis. Quia in sermone de Symbolo dicit quod Christus semper & vobis fuit totus, super Ioan. autem dicit de Christo prius mundus esset nec nos eramus, nec ipse mediator dei & homini homo Christus. Ecce quod in prima autoritate dicit quod totus Christus semper fuit, in secunda dicit quod non semper fuit, & certè cum haec contradicant de vi vocis non possunt verificari, oportet ergo quod aliqua illarum sit impropria & secundum hoc dico quod Sancti qui videntur dixisse quod totus Christus fuit in inferno, & totus in sepulchro, & totus vobis non seruauerunt proprietatem locutionis, vel accepérunt unum pro alio, videlicet nomen Christi pro nomine filii, de quo verum est dicere quod totus filius est apud patrem, & totus fuit in utero virginis, & totus in inferno, & totus in paradiſo accipiendo totum pro perfecto, vel habuerunt aliam causam scilicet loquendi impropriam.

⁸ Ad secundam etiam dicendum per interpretationem minoris. Et cum probatur per Damasc. dicendum quod Damasc. dicit totum Christum esse Deum accipiendo totum magis pro terminatione predicationi quam subiecti, & sub

hoc sensu Christus est totus Deus (id est, Deus perfectus) & Christus est totus homo (id est, perfectus homo) & non quod totus Christus sit Deus vel homo, hoc est quod Christus secundum totum quod importatur nomine Christi sit Deus, vel potest dici quod Damasc. non sequitur omnino proprietatem locutionis.

QVÆSTIO TERTIA.
Vtrum Christus secundum animam descendit ad infernum.

Augustinus ad Euodium epistola. 99.

170.3. q.52. ar.1. ad.3. &c. ar.3.

Ad tertium sic proceditur. Et videtur quod Christus secundum animam non descenderit ad infernum, quia idem finitum non potest simul esse in diversis locis, sed anima Christi, cum esset creatura finita erat, & statim post mortem fuit in paradiſo cum anima latronis, cui dictum est Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiſo, ergo tunc saltem non potuit esse in inferno.

² Itē ea quæ Christus fecit, vel passus est in natura assumpta ordinata fuerunt ad salutem humanam, sed ad hanc nihil profutus quod Christus ad infernum descendisset, quia per passionem quā in hoc mundo sustinuit, liberavit nos ab omni peccato & culpa, ergo videtur quod Christus ad infernum non descendit.

³ IN CONTRARIUM est quod dicitur in symbolo descendit ad inferos. Et Apost. Eph. 4. quod autem ascendit quid est nisi, quia & descendit primū ad inferiores partes terrae (id est, ad inferos) ergo &c.

⁴ RESPONSI. Cum articulus sit Christum ad inferos descendens, & non posset intelligi ratione diuinitatis, secundū quā est vobis, narratione corporis, secundū quod fuit in sepulchro, restat quod intelligatur ratione aīc, quod suppositum videndum est qualiter anima Christi descendit ad infernum. Et est sciendum quod cum anima separata non sit corpus, nec virtus in corpore, non potest dici quod anima Christi descendit ad inferos eo genere motus, vel defensus quo corpora mouentur. Et rursus quod anima mouatur eo genere motus quo angeli mouentur non claret. Angeli enim dicuntur moueri de loco ad locum, inquantum successiue operantur in diversis locis. Animam autem separata non potest habere aliquam operationem circa locum, vel circa corpus existens in loco. Quia cū ex natura sua sit determinata ad certū corpus non potest mouere, nec agere in aliud nisi mediante corpore proprio. Sed illo caret dum est separata, ergo non potest dici moueri de loco ad locū ratione operationis quæ habet circa locum vel circa corpus existens in loco.

*In.1. d. 52.
q.1. &c. m
2. d. 2.*

⁵ Nihilominus hoc non obstante potest dici quod anima separata potest descendere ad infernum dupliciter. Vno modo secundum deputationem, & sic dicuntur descendere ad infernum animæ damnatorum simpliciter, quia simpliciter deputate sunt, vt resumpto corpore sint in inferno, propter quod dicuntur ibi esse vbi sunt simpliciter deputata. Anima autem sanctiorum patrum prius dicuntur in limbo fuisse vel descendere ad lymbas propter deputationem non simplicem sed conditionatam, quia resumpto corpore deputatae erant ibi fore nisi liberarentur a redemptore. Hoc autem modo non dicitur anima Christi descendisse ad infernum, propter deputationem. Quia omnis talis deputatione est propter culpam contractam, vel commissam quæ in Christo non fuit.

⁶ Alio modo potest dici anima separata descendere ad infernum secundum effectum, & hoc modo potest dici anima Christi descendisse ad infernum propter duplum effectum quod habuit in illis qui erant in inferno. Vnus effectus fuit exhibitus visionis diuinæ qua carebat ad quam se habuit passio Christi per modum meriti. Et quia totum meritum dependet principaliter ab actu anime, ideo hic effectus attribuitur ipsi sicut principali principio merendi. Itē per appropriationem, vt sicut Christus secundū animam fuit bonus, sic secundū eam attribuitur ei fuisse causâ beatitudinis in aliis, congruum enim est ut ens in potentia reducatur ad actum per illud quod in actu est. Alius effectus fuit secundum quosdam, ad quod se habuit anima Christi directe per modum agentis, scilicet illuminare animas paucum quam erat in limbo de ministeriis quæ cadunt sub reuelatione,

*170.3. q.52.
171. &c.*

II secundum